

*Arist. H. A.* lent inter se depugnant, istis cum aliis, rum gerunt. *Grati* sunt saporis, sed *Athen. Di-*  
*l. 5. c. 17.* quod denique vere et autumno post *durae carnis*, ideo coctionis arduae. *pnoſ. l. 3.*  
*l. 8. c. 17.* partum operculum exuant. *In Medicina*, ad canis rabidi mor- *Lem. de Oc-*  
*Usus.* *In Cibo* laudantur plenilunio, quia *sum, tabem, et fervidorum humo-* *cult. Natur.*  
*Plin. H. N.* sydus tepido fulgore mitificat tem- *rum deuſtioneſ conferre, Lemniuſ*  
*l. 9. c. 37.* pore verno et autumnali, et cum ute- *tradidit.*



## TITVLVS II.

## DE CRVSTATIS IN SPECIE.

## CAPVT I.

*De Crustatis caudatis.*

## ARTICVLVS I.

*De Locusta.*

**TAB. II. I.** **Nomen.** **C**rustata in Caudata et Rotunda optimo dividemus. Illa sunt, *Locusta, Astacus et Squilla*. *Locustam* Isidorus, a pedum longitudine dici putat. Graecis est *καραβός*, *παρὰ τὸ τῆς καράβης*, quod capite incedat, vel eo sit multum prominente, *καραβής* apud Trallianum, Hesychio et Varino *Αἰγιλίγος* a caudae motu, *καβάργεος* et *κηραφής*. Ab aliquibus *γραφίαις*, ab aculeis, *πρὸς τὸ γραφεῖν καὶ χαράττειν*, id est, ad scribendum et sculpendum idoneis. Aristophanis scholiaſtes *παγέργες τὰς παρὴν καραβές* exponit. Hирto asperoque sunt corpore.

**Descriptio.** Duo eis ante oculos cornua magna, initio aspera et aculeata, deinde rotunditate praepilata, (*κέντρα* Oppianus et Aelianus, Aristoteles *κέρατα*, nos *antennas* vocamus) in exortu crassissima, quae paulatim magis ac magis ita gracilescunt, ut tandem in tenuissimum cirrum desinant, in omnemque partem pili instar flecti possint. *Oculi* cornei semper prominentes, et, exerti, in obliquum mobiles, aculeis acutissimis firmissimisque utrinque tanquam propugnaculis muniuntur. *Oris* lateribus additae appendiculae tanquam parvi pedes ad tutelam. *Dorsum* aspernum est et aculeatum, velut e fronte aculeus magnus eminet. In lateribus *branchias* habet veluti e pilis coagmentatas, *pedes* utrinque quinos annumeratis extremis chelis, quas Gaza modo forcipes denticulatos modo brachia forcipata interpretatus est: flectunt eos in obliquum, ut chelas introrsum. *Cauda laevis* et

fine aculeis ex quinque tabellis contexta, in pinnas quinque desinens, natandi causa, ei tanquam remo innititur, et in ea totius corporis robur situm est, quod experieris, si ea parte Locustam apprehendas. *Dentes*, habent primores binos majusculos et *gulam* ante ventrem exiguam, in quo nonnulli dentes, et similis muti humor. *Cor* ex nigro rufescere observavit Bellonius. Mare cum excipiunt ore, transmittunt id ad suas branchias, quarum plures quam alia crusta intacta obtinent. *Praeterea meatus pectore* dependet usque ad exitum excre- *Arist. H. A.*  
*l. 4. c. 2.*  
menti: is pro vulva foeminis est: genitale vero semen continet in manibus. Jacet autem in concavo carnis, ita ut interjaceat caro. Nam intestinum ad partem curvam situm est, meatus ille ad cavam; non alio modo quam in quadrupedibus continetur. Neque vero id alia specie est in masculo et foemella, sed utrisque et tenues et candidi, ac pallidum continent humorum. Et utrisque eadem origo a pectore. Quem Aldrovandus appinxit dorsum habebat inter atrum et caeruleum medium, dentem superiorem triplo majorem inferiore. Vterque intus tuberculis caret, et utrinque est acutus.

*Reperiuntur in mari, circa Sigaeon* *Locus.*  
*in primis Athon et Ligustico. In Indico*  
*quatuor sunt cubitorum. Hyeme vero* *Plin. H. N.*  
*aprica littora sectantur, aestate in opa-*  
*ca gurgitum recedunt, petrofisque*  
*locis vivunt. In Ligustico nigricantes*  
*Pierius Valerianus confexit.*

*Victus*

*l. 9. c. 3.*

*Arist. H. A.*

*l. 5. c. 17.*